



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Mulieres olim nigros calceos non gestarunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

rus, quam vocem notare colorem  
 ὄρνυον *hysginum* multis docet mag-  
 nus Bochartus, quamvis Hebræi Bochart.  
loc. cit.  
 eam sumant pro animali, quo-  
 modo & in egregio suo opere *ta-*  
*xum* exponit vir in Hebraicis ne-  
 mini secundus Johannes Buxtor- Buxt. lex.  
Talm. R.  
105.  
 fuis.

V. In hoc interpretum dissensu  
 videndum nobis est num quid certi  
 possimus invenire. *ורנ* de colore  
*nigro* hic intelligi non potest, cum  
 olim apud nullas gentes nigri cal-  
 cei mulierum fuerint. In calceo-  
 rum coloribus is sexus quondam,  
 uti & hodie, mirum in modum  
 luxuriavit. Præter *albos*, qui mu-  
 lierum ut plurimum fuerunt, ha-  
 buerunt *mulleos*, sive rubros, *ce-*  
*reos* h. e. ceræ instar flavos, &  
*hederaceos*, h. e. virides, quorum  
 omnium usum, uti meminit Fla- Vopisc. in  
Aurel. &  
ad eum  
Salmasius.  
 vius Vopiscus, mulieribus reli-  
 quit Aurelianus. Videri possunt  
 quæ de his variis calceorum colo-  
 ribus ad eum locum eruditissime,  
 uti solet, notavit maximus Sal-  
 masius. At nigros calceos olim  
 gestatos à mulieribus fuisse nus-  
 quam legimus. Etenim illi viro-  
 rum

C

rum

50 De CALCEIS HEBRÆOR.

rum ut plurimum fuerunt, & quidem Senatorum apud Romanos insignis, unde Juvenalis:

Juven. sat.  
7. vs 190.

———— Nobilis & generosus  
Appositam nigrae lunam subtexit  
alutæ.

uti jam dudum animadverterunt homines eruditi. Ut *שחור* non possit de colore nigro intelligi, cum hic non nisi fœminarum ornatus exprimatur, quibus non conveniunt calcei nigri.

VI. Quid Græci intellexerint per vocem *ὑακινθῶν*, qua reddiderunt Hebræorum *שחור*, non adeo certum est. Etenim tam pro *cæruleo* quam pro *purpureo* colore apud idoneos scriptores usurpatur. Qui tamen à se invicem non sunt parum diversi. Ut nondum constet, qualis fuerit color hyacinthinus, *cæruleus* an vero *purpureus*.

Hier. in  
Ezech. 16.  
19.

Et quidem pro *cæruleo* Hieronymus accepit. Notat ad hæc verba *calceavi te hyacintho*, vel ut alii *ianthino*: cum loti fuerint pedes, & omni sorde purgati, calceantur hyacinthinis, vel ut alii *Ianthinis*, quod utrumque *aerii* & *avariæ* coloris est.